Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

206

Cancer grossum facit hominem non magnum dure pellis in superioribus pinguis faciei et tortuosorum dencium oculorum paruorum / In anima vero est natus multum mollis et ipse discordes.

Leo facit hominem in superioribus grossum in inferioribus subtilem longarum tibiarum / In anima vero facit natum magnanimum valde et ardua negocia committentem.

Virgo facit hominem totum pulcrum quasi domicellarem bonorum intencionum Cautum ad animam et bone voluntatis.

Libra pulcrum et facit speciem corporis et mediocris carnositatis natum et facit luxuriosum et largum cum rebus que secundum animam.

Scorpio dat natum habentem faciem rubicundam et paruam multos capillos paruos oculos et longas tibias et pedes magnos et leniter molles Exterius vero que secundum animam natus est valde mendax irascibilis proditor non carens.

Sagittarius dat natum cum longa facie cuius media faciei sunt ampla et mentum non grossum et capilli subtiles et venter magnus et longe coxe et grosse tibie Et totum corpus pulcrum natus retro quam ante Interius vero que secundum animam non ita perficit mores sicut incipit Et in fine corrumpit et specialiter diligit equitare.

Capricornus dat natum cum facie hyrcina et capillis multis crura habet subtilia et secundum totum corpus est siccus secundum animam vero murmurans et luxuriosus.

Aquarius dat natum cum facie colorata et vnum crus eius grossius altero / secundum animam vero dicitur quod facit